

EXCELLENTISS. AC REVERENDISS. DOMINO.
NICOLAO SPINELLO
 EX PRINCIPIBUS SCALÆ &c.
 EPISCOPO AVERSAÑO.



H IACOBUS BASILE SOC. JESU.
 ST in more jamdiu positum, omniumque fere Gentium consuetudine constabili-
 tum, ut si quod Typis demandetur Opus, illud, nisi sub Viri alicujus Principis
 nomine, in lucem non proferatur. Quod eas videlicet ob causas factum arbitror,
 ut palam fiat, quanta sit apud Homines Illustrum Virorum eximio Mæcenates depro-
 mant; ac denique, ut Lucubrationibus suis eos adfiscant Patronos, quos sin-
 minus colant, vereantur saltem Momi, & Aristarchi, qui in præstantissimorum
 etiam Scriptorum vigilias genuinum, ut ajunt, exercere idemdem amant. Quum
 igitur mihi Lucubrationibus hæc, quas *per me* Patrus meus, MATTHÆUS
 BASILE, adumbravit verius, quam concinavit (aliz enim curæ præpædierunt; mors denique sta-
 men Operis prope informati præcidit) quum his ipsis Lucubrationibus, inquam, Patronus presentis-
 simus, qui & ornamento foret, & præsidio, esset feligendus, non diu hæsi, quin Te NICOLAE
 PRÆSUL AMPLISSIME protinus deligendum putarem. Erenim, si quæ Te ornant, singillatim
 vellem expendere; proclive mihi foret conficere, quam vere ea omnia, quæ vulgo Homines . . .
Sparguntur in omnes, in Te mista fuerunt, & que diversa beatos efficiunt collecta teneas. Nam si Famili-
 liæ tuæ gloriam persequi velim, tanta est, ut quæcumque de illa dixerim, profecto vel ea non ex-
 me primum audirentur, aut iis longe quidem majora superessent. Quum enim inter clarissimas Nea-
 politani Regni Familias primorem locum citra invidiam obtineat; tot pæne enumerat Principes, quot
 capita. Annalium volumina, & publica monumenta vel leviter percurrenti facile est intelligere, quæ
 Illustribus hujusce Familiæ Viris Latifundia, jam inde a remotissimis Etatibus, sint attributa; quot
 in ditionem concessa oppida; quam præclari per ipsos terra marique continentur, fideliterque gesti
 Magistratus. Neque sibi tantum præcipuos honores ex Civilium, arque Bellicarum rerum administra-
 tione Gens ista promeruit; sed multum etiam adepta est dignitatis ex virtute eximia, ac labore, quo
 Ecclesiasticam Hierarchiam sustentavit, auxit, ornavit. In qua quot Oratores, quot Legati, quot
 Sacrorum Antistites, quot denique purpurati Principes extiterint, non est hujus loci referre. Ve-
 rum hæc omnia, quamlibet maxima, atque admirabilia, lubens prætermitto: quum ex infini in Te
 uno dotes, ut nihil necesse habeas ex Genere tuo illas arcessere, ac mutuari; quia potius Te magis
 uno Gens tua universa, quam tuo Ipse Genere glorietur. Quamquam igitur modestia me Tua verat
 ea percurrere ruarum exempla virtutum, quæ si recensere vellem, infinitus profectio sim: committere
 tamen non possum, quominus ea saltem veluti cursim, atque intento digito indicem, quæ se dant in
 omnium conspectum. Tameñ hæc ipsa intra Nuncupatoria Epistolæ fines vix poterunt numerata
 coerceri. Quid enim non admirandum vel Fama ipsa in dies evulgat de mira tui animi comitate?
 Quid de morum suavitate? Quid de consilio, atque agendi maturitate? Quid de perpetuo Probitatis,
 ac justitiæ studio? Quid demum de Virtutum cæterarum cumulo, quem in Te uno, ut integerimum
 Antifilem quidem decet, omnes venerantur? Testis est ipsamet Aversa Civitas, quæ singulari
 amantissimi Numinis Providentiæ tuæ traditam se fidei fatetur, tuæ vigilantia commendatam. Quan-
 tus, Te Religiois vindice, Sacris suis Ædibus additus est nitor, atque majestas? Quantus in Divi-
 nis rebus administrandis splendor accessit? Quæ in ipsis, arque literariis exercitationibus promo-
 vendis ratio? Quam apta in tradendis veræ Fidei elementis methodus? Quam optime demum constitu-
 tæ leges, ut pietas, litteræque diu serventur incolumes, & consecuturis etiam efflorescant ætatibus?
 Quod si amplissimas, ac Floratissimas quis adeat (& adire exteri solent fama commoti, atque evoca-
 cari sepiissime) Tui Seminarii Ædes; Testis ipsemet ero locupletissimus, quam mira Tu sollicitia,
 quo studio, quibus artibus, atque impensis provideas, ut selectissima, quæ illi detinetur, Juventus
 pietate, & literis, instituat: ut mirari nemo debeat, si tot Viris affluat Aversa Ecclesiæ, do-
 ctina tanta excultis, omnibusque numeris ad invidiam absolutis. Unde tam multi in dies prodeunt,
 qui & in Fidelium salutem enixe incumbant, & pietati excollendæ, & hominum moribus formandis
 sint aptissimi. Hinc jure factum intelligimus, ut Aversani Cives ad unum omnes, quippe qui adeo
 Te Summetiporum Bono consulentem sentiunt, & omni prosequantur benevolentia; & crebrius Te
 Parentis, quam Præsulis nomine compellent: quod eo faciunt libentius, quod hujusmodi appellatio-
 nem & arridere Tibi magis, & hære aptius vident: dum Te egenorum hominum levandæ inopiæ,
 atque omnium sublevandis calamitatibus additissimum in dies experiuntur. Est proinde, cur gratu-
 ler ego Patriæ, cui hæctenus datum est tam amantissimo Parente, tam solerti Pastore, tanto demum
 frui virtutum omnium exemplo. Verum (ut ad rem redeam) hæc sane omnia me pepulere, ut
 Opus hoc sub tui Nominis auspiciis velim apparere; tum illud etiam, ut aliquod extaret in Te ob-
 sequii mei, gratique animi monumentum. Didici enim ex clarissimo viro, Ecclesiæ Catholice, meæ-
 que Societatis lumine Ven. Cardinali Bellarmino, Librorum Dedicaciones testimonio potissimum esse
 solere grati animi, ac memoris acceptorum a magno aliquo Principe beneficiorum: ex quo interim
 pronum Tibi erit agnoscere, Te apud illum beneficia collocaße, qui gratiam Tibi aliquam, propt
 res ferr, omni studio conetur, si minus rependere, saltem habere. Excipe igitur qua soles comitate
 munusculum hoc, quod si ex animo meo spectetur, quamvis magnum est; si ex tua dignitate, sane
 perexiguum. At fortasse Tibi gratum accidet, si Tibi exhiberi animadvertes ab ejus Societatis Alum-
 no, quam & Operis Aucton amabat eximie, & ipse singulari semper studio, ac benevolentia es pro-
 sequutus. Quod si probaveris, auguror fore, ut Opus hoc a cæteris etiam omnibus, in quorum de-
 veniet manus, perhonorifice excipiat. Si enim Tibi qui omnigena polles eruditione satisfeceris; non
 gravissimum modo præferet dignitatis suæ Testimonium, sed vel maximum illi addetur adversus ob-
 tretractores munimen, atque ornamentum. Interim Deum O. M., ut par est, advenor, uti istam
 virtutem tantam incolumem servet diutissime, tuamque deinceps dignitatem nova semper honorum,
 munerumque accessione cumulare ne desinat. Vale.

Neapoli ex Academia Parthenia Soe. Jesu Postrid. Kal. Martias M. DCC. LV.
 Serry Tom. III.

LII 2 E M T

EMINENTISS. SIGNORE.

SIGNORE

Domenico e Gaetano Abbate, pubblici padroni di stampa in questa Fedelissima Città di Napoli, supplicando espongono all' Em. V. come desiderano dare alle stampe un' Opera in quarto intitolata: *Dissertationes Critico Historice de Christo, ejusque Matre, Auctore D. Mattheo Basile Archiepiscopo Panormitanorum*. Pertanto supplicano l' Em. V. a darne il permesso, con commettere la Revisione, e l'avranno a grazia, ut Deus &c.

Admodum Reverendus P. Joannes Altamura Societatis Jesu, Curia Archiepiscopalis Examinator Synodalis, revident, & referat. Datum Neapoli 18. mensis Septemb. 1754.

Julius Nicolaus Episcopus Arcad. Can. Dep.

EMINENTISSIME DOMINE.

Eminentia Vestra jussu, ut par est, obediens, legi Librum, cui titulus: *Dissertationes Historico-Critice &c.* nihilque in eo deprehendi, quod Fidei, bonisve moribus adversetur. Immo vero in illo specimen exhibetur absolutissimum egregie doctrinae, & penitissimae eruditionis; & quod caput est, exemplum profertur, & vera ratio Critices usurpanda in re Sacra, & causa Religionis: eo nimirum pacto, ut eruditus observationibus Fides, ac Pietas minime infirmentur, sed potius in Fidelium animis altiores radices agant. Quare illum publica luce frui posse censeo.

Neap. XXVIII. Octobris 1754.

Humill. addictiss. & obsequentiss. Famulus
Joannes Altamura e Soc. Jesu.

Attenta relatione praedicti Revisoris, imprimatur.
Datum Neapoli die 31. Octobris 1754.

Julius Nicolaus Episcopus Arcad. Can. Dep.

S. R. M.

SIGNORE.

Domenico, e Gaetano Abbate, pubblici Librari, e Stampatori di questa Fedelissima Città, supplicando espongono, come desiderano dare alle stampe un' Opera in quarto, intitolata: *Dissertationes Critico Historice de Christo, ejusque Matre, Auctore D. Mattheo Basile Archiepiscopo Panormitanorum*. Per tanto supplicano la Benignità della Maestà Vostra a darne il permesso, con commettere la Revisione, e l'avranno a grazia, ut Deus &c.

Admodum Rev. P. Cherubinus Pellegrino Ordinis Praedicatorum, Professor Universitatis, Studiorum, revident, & in scriptis referat. Datum 9. Mensis Februarii 1755.

Nicolaus de Rosa Episcopus Puteolanus C. M.

S. R. M.

Laus judicii munus esse debet, non voluntatis. Laude oportet Virum Cl. Archipraefulem pridem Panormitanum prosequi, qui ut pias Ecclesiae credulitates, quae fidem non tangunt, fervet indennes, nitore dicendi, argumentorumve copia Instituti mei Theologum fuggillat. P. Hyacinthus Serry, Vir alioqui summus, acri ingenio praeditus, & adversus quem Auctor calumiam acuit, in *Exercitationibus Historico-Critico-Polemicis de Christo ejusque Virgine Matre* plus aequo proprio genio indulgit, & in veterum monumenta Patrum ensefem adigit utraque parte acutum: ut meruerit liber ejus ab Romanis Censoribus atro carbone notari. In opere Archipraefulis doctissimo nihil prorsus offendo, quod Imperii Sacratissimi juribus detrahat: quamobrem e re Christiana fore arbitror, si illud publicae lucis usura donetur. Neapoli ex aedibus S. Dominici Majoris. Idibus Februarii aera Dionysiana anno 1755.

M. T.

Humill. addictiss. obsequ. servus, & subditus
F. Thomas Cherubinus Pellegrino Ord. Praed. S. Th. M. & Regius Antecessor.

Die 10. Martii 1755.

Viso Rescripto suae Regiae Majestatis sub praedicto die 10. currentis mensis, & anni, ac retrospectiva relatione facta per Rev. P. Magistrum Fratrem Thomam Cherubinum Pellegrinum de commissione Rev. Regii Cappellani majoris, praevio ordine praefatae Regiae Majestatis.

Regalis Camera S. Clarae providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma praesentis supplicis libelli, ac approbatione dicti Revisoris; verum in publicatione servetur Regia Pragmatica. Hoc suum &c.

CASTAGNOLA.
FRAGGIANI.

GAETA.
PORCINARI.

Illustris Marchio Danza Praefes S. R. C. tempore subscriptionis impeditus.

Reg. fol. 65.

Carulli.

Citus.

IN-

O I N A D I E X
DISSERTATIONUM.

DISSERTATIO I.

DE Critica Christo breviter dissertitur.

DISSERTATIO II.

An dubia, atque incerta sint nomina Genitorum Deiparae Joachim, & Anna.

DISSERTATIO III.

An dubia, vel etiam commentitia sit Piorum Parentum sterilitas, & miraculo ipsis concessa fecunditas.

DISSERTATIO IV.

Deipara in Templo Presentatio, atque Educatio propugnatur.

DISSERTATIO V.

Deiparam Josepho nupsisse anno aetatis suae quarto, vel quintodecimo, confirmatur.

DISSERTATIO VI.

Ecclesiae Traditio de Bove, & Assello ad Christi Praesepem, ab Auctoris, aliorumque Criticorum calumniis vindicatur.

DISSERTATIO VII.

Evangelicos Magos, & Reges, & numero tres fuisse, inter celeberrimas Ecclesiae Traditiones jure optimo adnumerari, demonstratur.

DISSERTATIO VIII.

Josephum Deiparam comitatum esse, quum ad visitandam Elisabetham profecta est, uti valde verosimile propugnatur.